

M. 2,355

Aat.F. 552.

P

18

19


CARMEN NATALITIVM
AVCTORI OPVSCVLORVM
BVCOLICORVM
GEORGIO AVGVSTO
DE BREITENBAUCH

DICATVM

A

FRIDEMANNO ISAACO LOEWIO
ALLERSTADIENSI

DIE XXVIIIis, AVG. A. CLO IO CC LXIIIis.



tempora quae dociles canitis fer-
licia, Musae,
Rura simulque plagas, ac arua
virentia plantis, H
Et nemus, et fontes, pictique rosaria Paestri,
Aut ubi grata suis inter coryleta Napaeis 111
Et Dryades, Satyrique choros egere canoros
Ad querulas auium voces, cum consona flatu
Aura susurrantis confuderat arbuta venti
Herbiferos supra saltus, vos numine coepitis
Adspirate meis; sed non tormenta Gradiui
Dira canam, saeuos vomitantia fancibus ignes,
Armaque, sanguineis nec fusâ cadavera
campis,
Neue ducum crudele nefas, lituique minacis

a 2

Murmur

Murmur, et euersas furiis hostilibus vrbes:
 Non patrii mala fata soli, dum mersa fauillis
 Regia funestae fistit documenta ruinae,
 Cantando tragicum modulabor arundine car-
 men!

Me magis iste dies, ac annua festa, situsque,
 BVCHA venusta, TVVS, magis haec ar-
 busta vocarunt,

Illa meos calamos, ac haec mea carmina
 poscunt:

At tu blandiloquis stipata Thalia Comoenis
 Huc ades, et patulas mecum spatiare per vni-
 bras,

Per teretes Iucos, per amoenos Phocidis
 hortos,

Ac teneras lege, sparge rosas, casiamque, thy-
 munque,

Cum violis alios ad festa decentia flores.

Extulerat iam mane suas aurora quadrigas
 Roseida, flamminomo quae praeuia sternere
 foli

Gestis

Gestit iter, quando rupere silentia cantu
 Noctis aues, cum, vere nouo, de vertice
 montis

Orfasii bellas oculis delatus ad oras
 Naturae mirarer opes, vagus vnde patebat
 Liberiorque satos late prospectus in agros,
 In nemus, inque casas, ac arces, oppida, vicos;
 Tityrus hic, Lycidas pariterque sedebat, et

Aegon

Lanigeras pascebat oues, agitauerat agnos:
 Ibant dumiuagæ post haec virgulta capellæ,
 Deuia tondebant saturi spineta iuuenci,
 Et volucrum vacuae resonabant cantibus aurae,
 Tum solitum miscebat epos philomela sub ornï
 Frondibus annosæ guttur penetrabile vibrans;

Hoc vbi dulce solum, celebris, pede collis
 aprici,

BVCHA iacet, Comitum quondam domus
 alma potentum *)

a 3 do imp. Inclyta

*) Verosimile est, quod et docti viri adseuerant, Bu-
 cham prope Vnstrutum sicam, sedem fuisse Co-
 mitum,

Inclyta nunc Equitum sedes, generisque
 vetusti,
 Delicium gentis, quae nobilitate superbit
 mitum, qui saeculo XII. et XIII. Thuringiae flo-
 ruerunt, vid. Falckensteinii Chronica Thuring.
 et Zollmanni mappam Saxoniae antiquae. Hanc
 opinionem omnino confirmat diploma illud Fri-
 derici Barbarosiae an. 1180. Tilledae in vim do-
 nationis conceptum, e quo adparet, Comitem
 quendam, Henricum a Bucha, nec non Maci-
 lium, et Wicnandum, Dynastas in Bucha, cum
 pluribus vicinis aliis testes fuisse adhibitos,
 cum filiam quandam, in Finna sitam, Porta eo
 nomine acciperet, v. Büna in vita Friderici I.,
 Adfinis iam dicti Comitis, ut coniectura est,
 coaevus erat celebris ille Comes Christianus I.,
 a Bucha, Antistes primum Martisburgensis, postea
 Archiepiscopus Moguntinus, postremo Archican-
 cellarius, ut et Vicarius Italiae ab Imperatore con-
 fittitus, qui ob haud mediocrem doctrinam, eu-
 res praecclare gestas inter omnes aetatis suae vi-
 ros principes eminuit, vid. Trithemium de viris
 illustribus Germaniae, et Büna l. cit. Prae-
 cerea Ottonis, Comitis a Bucha, extar diploma
 de

Ingenua, primoque iubar dispersit ab ortu:
 Pone scatent fontes liquidi, versantque mo-
 linam,
 Haec se saepe rotat, contundit et hordea
 faxis:
 Ante casas riuus lentis admiratur vndis,
 Pabula diuiduo scinditque recentia tractu,
 Ast, ubi monticolas crepitans aquilone procella
 Vrget, et imbriferi voluuntur in aequora fluxus,
 Aut pluias cumulauit aquas nimbosus Orion,
 Vertitur in pontum, lapides, ac vimina iactat:

Florida vallis erat, quam fertilitate perenni
 Artia coronabant, hinc *Aurea* dicta colono,
 Alternis variata bonis, et amicta viretis,
 Hybla per innumeros ut pingitur alma colores:
 Fallor, an immenso diffuderit omnia cornu
 Copia? quod pingui ditauit iugera fundo.

a 4.

Pascua

de an. 1244. vigore cuius aduocatiā suā in
 Cœnobium Mimlebiense in manus Abbatis Hüschen-
 feldensis resignauit, v. Schamelii descriptionem Coe-
 nobii Mimlebiensis, pag. 109.

Pascua lustrabam, procerumque palatia,
 Daedala rura molis, ac praedia culta, salinas, *)
 Praetereaque lacum, cui plena crux hirudo
 Nomina fecit: aquis procul incubuere palustres
 Ficedulae, celer ac ibyx, velut agmine facto:
 Remipedes illic anates excedere lama
 Vidimus, vluosa subitisque volatibus actas
 Ardeolas, latis populantes caerulea rostris,
 Atque paludiagos lympis alludere foetus
 Hic ybi continuas ranae cecinere querelas,
 Butio limosis et bubulat vsque lacunis;
 Turrigeros vidi pagos, aerisque fodinam, **)
 Et loca, quae monachi graio sic nomine
 dicti
 Claustra vocant, olimque sacrae tenuere
 pueræ.
 Haec inter steterunt ea, nunc ybi docta
 frequentant

Otia

*) Puta Arterenses.

**) Quae Bottendorfi est, et ad illustres Comites
 ab Einsiedel pertinet.

Oria Pierides *), aliud memorabile fastis
Inde magis, Caesar praesens quod honore
colebat

Cum patre saepe locum, tanto quoque fu-
nere clarum. **)

a 5 Vn-

*) Unus monasterium, nempe Dondorffense, ini-
tio saeculi duodecimi a Comitibus ab Orlamunda,
ut fama est, fundatum Christophorus, Henri-
cus, et Georgius a Werthern, fratres, anno 1561.
Musis consecravit; alterum, quod Roslebiae
floruit, et a Comite Ludouico a Wippera sae-
lo duodecimo condebatur, Henricum a Wirzle-
ben circa annum 1530, cum Lyceo commutasse,
Annales referunt.

**) Coenobium puta, quod Mimlebiae, ut plurimi
sent, Henricus aucepit, eiusque coniux, pie-
tate conspicua, Mathildis, instaurarunt, virgi-
nibusque dicarunt sacris, deinde vero a nepote
Henrici, Ottone II. monachis concessum legitur.
Interim illud ipsum in primis propterea inclavit,
quod Imperatores iam dicti vna cum Ottone M.,
cuius viscera in aedibus sacris, ad monasterium
pertinentibus, sepulta adseruantur, saepius ibidem

com-

Vnster ibi praeceps curvato bachia flexu
 Porrigit, atque suis longum spumantibus vndis
 Prata rigat, littus si postea liquit onustum,
 Aut fluuii concreta gelu se crusta resoluit,
 Imaque iam stagnare vadis coepere refusis,
 Fer segetes errans, per fissa noualia fossis,
 Horrisonas designat aquas, ac flumina cogit
 Flebile vicinis fatum minitantia vilvis.

Protinus Hercynii species, atque cacumina
 montis

Surgebant: nimium prisco venerabilis aeuo
Bruderus aethereo contermina sidera quassat
 Vertice, cumque caput nigris innubilat umbris,
 Ille latet, ruptisque ruunt e nubibus imbræ,
 Vel spatium tremulo circumtonat omne fra-

gore,
 Terrifico sonituque micans fecat æra fulgor;
 Con-
 commorati sunt, inter quos posterior, Otto M.
 nimirum, cum patre Henrico hoc in Coenobio
 vitam cum morte commutauit. Confer Scham-
 ji descriptionem Coenobii Mimlebiensis.

Contiguos tacui montes; at fronte sedebant,
*Kiphhusane,** tua nebulae, caligine vultus.
 Prostabant picca tectus; fumantia spisse
 Dorsa repentinis memini praedicere nimbos,
 Et tristes miscere dies, tenebrantibus astris.
 Nescio Paestanae facies num laetior orae,
 Et cultura magis pulcri ridebat Hymetti?
 Haec mihi sola placet biforme plaga lactea
 terrae!

Cominus ad pagum *fagi* sub nomine notum
 Nobilium stat celsa domus, clarisque coruscat
 Intus imaginibus, pictis decorata tapetis:
 Altera pars cluia, pars altera cingitur horto,

Vm-

Arx illa Kiphhusana, sedes quondam imperato-
 ria, a Caesaribus Saxoniciis, regionis huius pos-
 sessoribus, sive, quemadmodum alii existimant,
 ab Henrico IIII. saeculo XI. hunc in finem ex-
 structa est, ut Saxones, eo tempore tumultuan-
 tes, coercentur, quippe qui anno 1076. et
 1118. imperante Henrico V. eandem manu occu-
 pabant armata, et deinde diruebant.

Vmbriferis iuncto casulis ; hic nostra,
 GEORGI ,
 Pagina TE , calamusque notat, TV carmi-
 nis auctor ,
 Frondicomique loci , rubicunda rosaria villae
 Quo cultore vigent, ac haec laetissima Tempe.
 Plana vides , vbi collis erat, declivia circum,
 Ac arbusta quidem, digesta sed ordine nullo,
 Diffusis frutices ramis , corylique fuerunt ;
 Nunc rasere manus , cessit natura colenti
 Victa semel, quid enim mutatas dicere formas
 Hic vetat ? ille rudem domuit possessor agel-
 lum ,
 Aequatusque solo dociles mansuetum in v̄lus.
 Gaudet humus , patulis gaudent viridaria
 plantis ,
 Aligerique greges placidos hic ponere nidos.
 Non ibi populea queritur philomela sub um-
 bra
 Moesta sedens, teneros cupidi cum dura co-
 loni
 Vis rapuit pullos , nec lamentabile Carmen
 Inte-

Integrat, at nemorum saltus, siluasque vi-
rentes

Deserit, hinc dulci mulcet modulamine can-
tus

His secura locis, vocemque coruscat in
vmbbris.

Quid referam varias ad picta vireta figuras,
Visendique vices horti? quem tonsa recon-
dunt

Septa, comaeque simul tiliae viridantis in-
umbrant,

Cui Pomona fauet solers, ubi florea tellus
Luxuriat, madido gemmantes rore per herbas
Chrysantesque, crocique nitent: datur hic
amarantus

Versicolor, narcissus item, quem gloria
formae

Ceperat. inde suo multum rosa fusa pudore
Purpurat, hic rutilo frondens ranunculus auro:
Non hyacinthus abest, viridique lauendula

nardo,

Ver ibi perpetuum: redolent violaria maluis
Consita luteolis, et humi nascentia pleno
Fraga

Fraga rubet calatho: Cereale papauer anethis
 Floret odoriferis, foecundaque parturit
 arbos; Hinc cerasos dulces, aut pomam rubentia
 carpis, Castaneasque nuces, et persica mollia, ficos,
 Prunaque, vel quernis passim pira pendula
 palis:

Non desunt, et heri quae diuitis exigit
 vesus, Allia, cumque fabis non pisa rotunda saporis,
 Nec cucumes: lactuca, grauisque cucurbita
 ventri, Ac olus omne viret. Noxa dum plantaria
 figit

Instor, at tepidi vegetabilis aura Fauoni
 Spirat, et hibernis viduantur rura pruinis,
 Tunc maturat opus, fermentibus vtile vernis,
 Atque simeta struit, iam testa cubilia laxat,
 Iam retegit, mutatque vices variantibus
 Austris.

Solibus in mediis, et si canis aestifer vrit,
 Rorifluis rigui placeant in vallibus amnes,

Seu

Seu vitrei fluido fontis sonet vnda liquore,
 Seu patula fesso procumbat ab ilice ramus,
 Quo capiat mitem proiectus membra quietem!
 Hic iuuat, anxiferis animum subducere curis,
 Gramineoque cubare toro, recubare sub arcu
 Frondifero, gratis vbi porticus imminet
 vmbbris.

Haud velut attritis pedibus per acuta rubeta
 Vaditur, innocuus lateri vacat vndique passus
 Ad virides herbas, ad frondea tegmina, calle
 Molliter accliui, per mista vireta roletis.

Quamuis purpureo non stillent dolia musto,
 Pampineis neque texta iugis ibi videris arua;
 Nostra tamen modo pubescit vinea foetu,
 Atque racemosa tumuit satis area vite.

Quo ruo, quaque loci demum dulcedine
 mulsus

Exstimulor? dum plectra silent, rapit entheus
 ardor

Pestus, et inde furens maiore calecit ab igne;

Nec mora: nam coiere poli, praeludia plausus
 BVCHA parat, Charitum requies, ac hos-

pita Musis Iugera

Iugera sacra ferunt Cereris, ruralis Apollo
 Adnuit, et nostris sua gaudia reddidit aruis:
 Has inter corylos, haec inter opaca salicta
 Ad salientis aquae lusus turgescere fontes
 Cernimus, et colles, nemorumque virescere
 saltus;
 Pallida florigeris albescunt lilia campis
 Sponte sua, Zephyroque nouum spargente
 nitorum,
 Puniceae rubuere rosae, cito flore genistae
 Vernarunt, grauidas properauit messis aristas:
 Voce iocantis resona quoque vallibus adstre-
 pit Echo:
 Plaudere totus amat socia cum Pallade
 Phoebus.
 Salue, Pieriae decus immortale cohortis,
 VIR GENEROSE, TVAS cantat mea
 fistula laudes,
 Et natalitii redeuntia tempora festi,
 Haec sonet, ac seris memorer benefacta
 Calendis. :
 Est aliquid, Latiae molimina noscere gentis,
 Moenia, Romuleas arces, Capitolia, ritus,
 Et

Et quid ubique fuit Romae mirabile visu!
 Vnus in antiquis defigis lumen fastis,
 Et potiora notas calamo per cuncta vagatus
 Saecula, nocturnis hinc euigilata Camenis
 Docta per ora virum volitant TVA Scripta,
 per orbem;

Quin simili cura vatum monumenta priorum
 Versas, ac adeo contexis amabile carmen,
 Bucolicisque modis, quid dulce locutus
 Amyntas,

Quid Corydon, tentas, et quid cum Phyllide
 Daphnis:

Hic labor, hoc studium, TVA non haec
 tibia cessat,

Qua cecinit Flaccus, qua suavis auena Ma-
 ronis;

Qualis enim placido volucris scapha labitur
 amine,

Talis Musa fluit facili TIBI lubrica vena:
 Aonidum chorus omnis ouat, meritamque
 reponit

Laureolam, memorem conatibus addere
 farnam.

b. Restat,

Restat, ut officio moniti pia, poplite flexo,
Pro TE vota, preces superas mittamus ad
auras:

Viue, vale, floresce diu, transcede TV O-
R VM

Facta, diesque patrum: non cura remordeat
villa

Pectus, TEque poli semper clementia seruet
Incolumem, venerentur aium, proauumque

nepotes:

TV modo, si qua datur deuotae gratia
mentis,

Comiter accipias, vultuque poema sereno;
Ast liceat vati numeros iterare, fidesque,

Aeternisque suum modulis attollere Phoebum.

Dum nemus arboribus, campi grege,
Piscibus vndae,
Pascua graminibus, foliisque fruteta vige-
bunt,

Vsque TVVS vireat felici sidere Pindus.
Nunc, vbi Teutonicis rediit concordia terris,

Austriacoque duci flauas suspendit olias,
Aurea pacato decurrent saecula mundo.

* * * * *
Ginn

Sinngedichte.

ათბისეული



Sinngedichte
auf verschiedene
berühmte Frauen,

welche
in ein kleines Büchelchen
unter dem Titul:

Geschenke an Phyllis *
nach Art der 1763. herausgekommenen Frie-
densbüchelchen zusammen gedruckt
worden,

Zuschrift.

Dis Buch enthält der Schönen Mahmen;
Die durch der Dichter Zärtlichkeit
In Famens ewge Tempel kamen,
Wo noch die Nachwelt Weihrauch streut;
Beschau dis würdige Chor mit ehfurchts-
vollen Blicken
Und sey auf Cränze stolz, die dich, wie
diese, schmücken.

b 3 Anna

* Indiana Grinistera foykosa, bzw.
Georg August von Brünnlanj, aus Brünn
Gemahlin geb. ist von Fürst.

Amaryllis a).

Bon dem Neiz, der dich erhöhte,
Scholl Virgilens Schäferflöte
In der höchst beglückten Zeit,
Die Augustens Huld erfreut;
Von dir sang am Schilfsgestade
Minzos reizendste Maiade.

Phyllis b).

Du, o holde Zauberin,
Konntst Horazens Herz binden;
Durch dich mußt der flüchtge Sinn
Seines freyen Geistes schwinden;
Dich

a) Von ihr redet der Poet in der Ekloge I. 5. Er liebte sie um die Zeit, da er sein Eigenthum vom August wieder erhielt im J. R. 713. v. C. 380.

b) Horaz richtete an sie die Ode 4. 11. er liebte sie ungesähr im J. R. 727. v. C. 24.

Dich besang sein Saitenspiel
Als der Liebe letztes Ziel.

Die Gattin des Ovid c).

In dem rauchen Getenlande,
Wohin deinen Freund August
Voller Grausamkeit verbannte,
Wallt' noch zärtlich seine Brust :
Dort noch schollen seiner Lieder
Süße Töne von dir wieder.

b 4 Hes

c) Man versteht hier die dritte Gemahlin Ovids,
mit welcher er zur Zeit seiner Verbannung im
J. R. 761. nach C. g. vermählt war. Er rüh-
met häufig ihre Treue und Tugend in seinen
Gedichten, und richtete die Trist. el. 5. II. Pont.
I. 4. it. 3. 1. an sie.

Heloise d).

Durch dich ward Gallien Eutherens Sprache erblich,
Durch dich ward Abelard, und du durch ihn unsterlich.

Beatrix Portinari e).

Der Eugend ausgedehnt Gerücht
Entriß dich früh des Dante Armen;
Dem Himmel, den sie reizt, verstattete sie nicht
Sich deines Lieblings zu erbarmen.

Laura

d) Sie war die Mühme eines Parissischen Canonici Fulberts. Ihr Liebhaber machte sie zur Nebenfrau in der Capelle Paraclet in Champagne, wo sie am 1163. starb.
e) Sie war eine Tochter des Folco Portinari und starb

Laura f).

Noch ich räuchert mit Entzücken
Das frohe Chor der jungen Welt.
An Sorguens Quellen deinen Blicken,
Dem Pfeil, der den Petrarch gefällt:
Noch brennt ihr Opfer dort dem Triebe
Der unverfälschten Schäferliebe.

b 5 Almas

starb in der Blüthe ihrer Jugend, ungefähr zwischen 1280 und 1290. Dante verewigte sie durch seine Divina Comedia, worinnen er unter ihrem Mahnen die himmliche Weisheit aussöhret.

f) Sie war die Tochter Heinrichs von Chiabau, eines Herrn von Chabrieres. Petrarch liebte sie 1327 und verlôhr sie 1348 in ihrem 34. Jahr. Das Thal von Vaucluse ward durch ihre Liebe berühmt.

Amaranthe g).

Du vergaltst die seltne Treue
Des entzückten Sannazar,
O wie grausam! dir zur Neue,
Mit Verbannung und Gefahr:
Dem Sebetes must' sein Klagen
Stets von deiner Härte sagen.

Cleonora von Este h).

Der von Salems heilgem Glanz
Und von Gottfrieds Muth gesun-
gen, hat
g) Sie war eine Fräulein aus dem Neapolitanischen
Hause Bonifacio. Sannazar hat sie in seiner
Arcadia besungen. Sie starb zu Ende des 15.
Jahrhunderts, ehe sie ihn erhört hatte.
h) Diese Prinzessin war die Schwester Alfonso II.
Herzogs von Ferrara, eines grossen Gönners des
Tasso.

Hat dir manchen Lorberkranz
Um dein würdig Haupt geschlungen:
Durch ihn lebet noch dein Ruhm
In Apollens Heiligtum.

Diana von Chateaumorand i).

Durch deine Zärtlichkeit
Ward in entfernter Zeit
Areadens stilles Glück am Lignon aufgerichtet,
Und dort der Eitelkeit verhafteter Siz zer-
nichtet.

DORO-

Tasso. Der Poet verliebte sich in sie ungesähr
1575. und eben dieses Jahr ward die Epoche
seiner nachmahligen Wiederwärtigkeiten. Einige
glaubten, daß er unter der Leonora eine Gräfin
von Sanvitale verstanden habe.

i) Sie stammte aus der Lionischen Landschaft Fo-

rez,

Dorothea Emerentia von
Caniz k).

Konnte nichts die reinen Flammen
Deines Canizens verdammen,
Warum ward so früh das Band,
Das er ehrete, ihm entwand?
Neideten vielleicht die Götter
Ihn um Hymens Myrthenblätter?

Elisa

rez, und vermählte sich 1600. mit dem Honoré
von Urfe, welcher ihr durch den Schäferroman
Astree ein ewiges Denkmal seiner Liebe ausrich-
tete.

k) Sie war eine geborene von Arnimb, vermähl-
te sich mit dem Herrn von Caniz 1688 und starb
vor dem Jahr 1696. Sie ward von ihrem Ge-
mahl unter dem Nahmen Doris besungen.

Elisabeth Rowe I.

In dir und deines Rowe Brust
Sah Albion mit froher Lust
Das Bild von den erhabnen Erieben,
Mit denen im Olymp sich reine Geister
lieben.

Climene m).

Dich, bezaubernde Climene,
Priest am Saalstrohm jede Schone
Um dein schimmernd Glück :
Denn

H) Diese wegen ihrer gottseiligen Gedichte berühmte Engelländerin vermaßhte sich im Jahr 1710. mit Herrn Thomas Rowe. Der Tod aber trennte frühzeitig (1715.) ein so schönes Band, und sie folgte ihm 1736. Ein ihr von ihrem Liebhaber gewidmetes treffliches Gedicht, welches in die Britische Bibliothek eingerückt ist, verstattet ihm eine Stelle unter den Poeten.

m) Sie vermaßhte sich mit dem Herrn von Böhla nach 1734.

Denn von zärtlich bangem Schmerze
Glühete deines Böhlaus Herze
Nur durch deinen Blick.

Margaretha Klopstock n).

Germaniens Homern
Entzückte deine EngelsEugend;
Ihm konnten nicht die Reize deiner Ju-
gend
Dein Geist nur seine Flammen nährn :
Durch dich erhob er sich schon in den irrba-
schen Zeiten
Zum himlischen Genuß vollkomner Seelig-
keiten.
Zemire
n) Ihre außerordentlichen Eigenschaften des Gei-
stes und Herzens erwarben ihr die Verehrung
ihres unsterblichen Liebhabers, dem sie 1758 nach
einer 4jährigen Verbindung in einem Alter von
zwanzig Jahren entrissen ward.

Zemire o).

Das süße Glück dich zu besiken
War einem Sterblichen zu schön:
Drum must' dein Cronegk erst auf des Olym-
pus Spiken
Zu einem Geiste sich erhöhn.

An Phyllis.


Dieser Platz sei in den Reih'n
Der berühmten Schönen dein:
Denn wie sie, schuff dich die Liebe
Mit empfindungsvollem Triebe;
Denn auch dich wird einst der Ruhm,
Werden meine Lieder leben,
In der Musen Heiligtum
Zur Unsterblichkeit erheben.

o) Der Greyherr von Cronegk besingt sie in seinen
Einsamkeiten.



16
Saxo Grammaticus
Saxo Grammaticus






Td 700

X 232064(3)

nc



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



CARMEN NATALITIVM

AVCTORI OPVS CVLORVM

BVCOLICORVM

GEORGIO AVGVSTO
DE BREITENBAVCH

DICATVM

A

FRIDEMANNO ISAACO LOEWIO

ALLERSTADIENSI

DIE XXVIII^{is}, AVG. A. CLO IO CC LXIII^{is}.